

**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Qvo Eivsdem Philosophia, Mathesis Et Chronologia: Sive De Natura Rerum,
Ratione Temporvm., Sex Mvndi Æstatibvs, Philosophiæ Elementis; Et Alii
Vtilissimi Simvl Et Cvriosi Tractatus

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De divinatione mortis & vitæ, epistola.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-72047](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72047)

quia in eodem die cœlestis cibus manna hominibus datus est. Quarta illi benedictio est, quia Moyses mandat ad populum : Sit vobis observatus dies primus & novissimus. Quinta illi benedictio est, ut in cxvii. Psalmo dicit: Circumderunt me sic apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. De resurrectione autem Domini dicit: Haec est dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea, usque ad cornu altaris. Sexta illi benedictio est, quod in ipsa Dominus resurrexit. Vides ergo, quia dies resurrectionis dominicus singulariter in pascha teneri possit. Theophilus dicit: De tempore autem ad Moysen mandatum est à Deo: Hic mensis erit vobis initium mensium, pascha facite in eo. Omnes ergo trigesima dies à Domino consecrati sunt. Episcopi dixerunt: Jam superius dedimus responsum, principium mundi esse a quinoctium octavo Calendarum Aprilium. Et ab octavo Calendar. April. usque in octavum Calend. Majas, legimus esse consecratos. Theophilus dixit: Ecce impium non est, ut passio dominica, tantum sacramenti mysterium, extra limitem excludatur. Passus namque Dominus ab undecimo Calendarum Aprilium, qua nocte à Iudeis traditus est, & ab septimo Calend. resurrexit, quomodo ergo tres dies extra terminum excluduntur? Omnes Episcopi dixerunt: Nulla ratione fieri debet, ut tantum sacramentum extra limitem excludatur, sed hi tres dies intra terminum inducantur, & de subter retrahere constitutum est. Ergo in illa Synoda ab undecimo Calendarum Aprilium usque in undecimo Calendarum Majarum, pascha debeni servare, & nec antea nec postea cuicunque constitutum limitem transgredi lebeat. Similiter & de luna preceptum divinum teneatur. Mandatum est per Moysen: Sit vobis observatum à decima quarta luna usque XXI. Has ergo VII. lunas similiter in pascha tenendo constat suisse, consecrata sunt. Quando ergo sit intra sum limitum ab undecimo Calendarum Aprilium usque in undecimo Calendarum Majarum, dies dominicus, & luna ex illa octava sanctificata, Pascha nobis viatum est celebrare. Omnis paschalis luna cuiuscunquam astatim est, si detrahatur ab ea septem, si et tibi etas luna, qua sit in initio Quadragesima. Verbi gratia: Si decima quinta luna est paschalis, colle de quindecim duodecim, & remanent centum & undecim. Tertia est luna in initio Quadragesima, eo anno quo decima quinta luna est die dominico pascha, & cetera similiter. Memento quod anno bissextili luna Februarii mensis triginta dies, & tamen luna martii mensis triginta dies habeat, sicut semper habet, ne paschalis luna ratio vacillet.

DE AEQUINOCTIO VERNACI, FINIS.

DE DIVINATIONE MORTIS
ET VITÆ, PETOSYRIS AD NECEPSVM

REGEM AEGYPTI EPISTOLA.



De his quæ à me ad humanæ vite cautelam inventa sunt, unumquodque me tibi mittere non piguit. Supèrest ut tu in his per inspiratam tibi divinioris prudentiam, operando laborem impendas, certus quod decumentum, vel fugitiivorum, vel momachorum, vel aliorum similium eventibus, non fallacem poteris capere præscientiam. Si argumentum regulare, quod huius scriptura subjici, diligenter insperieris, confutatus ergo sic facito. Sume nomen vel

decum-

decubentis, vel in fugam lapsi, vel depugnaturi, vel alterius cuiuslibet de quo inquiris, & collige numerum ejus, deinde lunam considera, quota fuerit eâ die, qua vel æger decubuit, vel fugitus elapsus est, vel quota futura sit, cum monachus depugnatus est, & cætera hujusmodi: numerumque regularem, qui ei luna ascriptus est, numero nominis adjunge. Tum summam, qua ex his conficitur, per vigintinovem divide, & numerum qui superuerit, collige, inspectaque figura, quo in loco idem numerus sit positus, inquire. Si eum inveneris in ζων μεγάλη, & de ægro agitur, citò convalescer: si de fugitivo, citò revertitur: si de gladiatore, vincet. Si autem in μέτρον, omnia hæc difficilius evenient: si autem in ζων μεγάλη, licet prosperum, difficilem tamen exitum habitura: quod h in eo loco fuerit, in quo bāratois μεγάλη inscriptus est, æger post longam infirmitatem morietur: fugitus dñi quæstus non inveniatur, gladiator tamen difficile superaberit. Eadem in μέτρον bāratois celeriora sient, & in μέτρον d'avarice celerrima. Ponatur exempli gratiâ, Hectoris & Achillis, luna ex decimaléptima, quæ habet numerum regularem DCCC.XC, III. Achillei nomen habet, M.CC.LXXXVI, qui simul juncti, faciunt M.M.C.LX.IX. Hos pariter per XXIX. & quod superuerit, id est, viginti tria, quare in forma regulari, & invenies illud in eo loco, ubi scribitur ζων μεγάλη. Si idem de Hectore feceris, invenies residuum numerum in μέτρον bāratois, quæ possum numerorum, victorem Achillem, & Hectorem videtur significat absque ambiguitate. Eit & aliis modis: Si numerus lunæ fuerit in ναυαρειω, & numerus hominis in ναυαρειω, periclitabitur quidem homo, evadet tamen. Econtra, si hominis numerus in ναυαρειω, lunæ vero fuerit in ναυαρειω, sub specie prosperorum aduersa contingent: at vero si uterque numerus, hominis videlicet ac lunæ, supra horizontem fuerit invenius, proculdubio propterea pollicentur: sed si ambo infra horizontem esse constituerit, adversa omnia provenient.

D I E S L V N A E C V M N V M E R I

meru divisiō.

E I V S D E M N V M E R I

divisiō per xxix.

Luna 1.	M.D.LXXXIX.	xxij.
Luna 2.	M.C.XVI.	xiii.
Luna 3.	M.C.XIX.	xvij.
Luna 4.	M.CCC.XV.	x.
Luna 5.	DCCC.XVIII.	vj.
Luna 6.	DC.XXIV.	xv.
Luna 7.	CCCC.IV.	xxvij.
Luna 8.	DCCC LXX.	xxix.
Luna 9.	DC.LXVI.	xxvij.
Luna 10.	DC.XXXIX.	i.
Luna 11.	DC.XCIV.	xxvij.
Luna 12.	M.CCCC.XLIII.	xxij.
Luna 13.	M.DCCC.LXXX.	xxiiij.
Luna 14.	M.DCLXXXIV.	ij.
Luna 15.	M.CX.	vij.
Luna 16.	D.XXXV.	xij.
Luna 17.	DCCC.XCIII.	xxiij.
Luna 18.	M.DC.XCVI.	xv.
Luna 19.	DC.XIX.	x.
Luna 20.	M.D.LXVI.	xxix.
Luna 21.	M.M.XXXIX.	xxvij.
Luna 22.	M.D.LXVI.	xxix.
Luna 23.	M.CCCC.LXVIII.	v.
Luna 24.	M.DCC,LXI.	xxi.
Luna 25.	M.CC.LXIV.	xvij.
Luna 26.	M.C.IV.	ij.
Luna 27.	DCCC.LXXX.	x.
Luna 28.	DCCCC.XVI.	xvij.
Luna 29.	M.C.XV.	xij.

I T E M D I V I S I O P E R X X I X.

IN L. semel sunt XXXIX,
In C. remanent XXVIII.
In CCC. remanent X.
In D. remanent VII.
In DCC. remanent VII.
In DCCCC. remanent I.
In II. remanent XVIII.
In III. remanent XVI.
In VI. remanent XXVI.

& remanent XXI.
In CC. remanent XXVII.
In CCCC. remanent XXXIII.
In DC. remanent XX.
In DCCC. remanent XVII.
In I. remanent IX.
In II. remanent XIII.
In V. remanent XII.
In VI. remanent XI.

D E D I V I N A T I O N E , F I N I S .

S I M I.